



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 169. Quid dicendum sit, si permutatio non habeat effectum vel si non servetur conditio apposita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

1107 §. II. Quomodo committi possit simonia confidentialis in permutationibus, dictum est l. 3. p. 1. n. 67.; quomodo autem alia etiam simonia sæpe in his committatur, satis indicatum est ibidem & hic per decursum.

1108 Q. 168. Intra quod tempus perfici debeat ac publicari permutatio. R.

§. I. Non est à jure statutum certum tempus, intra quod beneficia permutata conferri debeant: Dicunt quidem rectè *Garc. & Leur.* p. 3. q. 865. n. 2. vi *Constit. Greg. XIII.* debere intra mensem admitti vel rejici permutationem, putantque etiam intra mensem debere fieri provisionem, sed vide dicta n. 1030., quæ etiam hic valent.

1109 §. II. Permutatio publicari debet, eo modo, quo dictum est à n. 1036. de resignatione, debetque publicatio fieri ab utroque permutante, uti tenent *Paris. Az. Chok. Leur.* q. 776. contra *Nav. Barb. Ventrig.*, Putantes satis esse fieri ab alterutro: si tamen ab uno eorum negligatur, id non nocet alteri, *Gonz. Paris. Tond.* apud *Leur.* q. 871. n. 4. Et debet hæc publicatio fieri intra tempus notatum de resignatione n. 1071.

1110 Q. 169. Quid dicendum sit, si permutatio non habeat effectum, vel si non servetur conditio apposita. R.

§. I. Si permutatio non habuit effectum, uti si resignatione ab uno factâ alter noluit aut non potuit vicissim resignare, posse primum sine nova collatione redire ad suum beneficium, docent *l. Andr. Franc. Senis, Rossin. Duar. Paris. Less.*, quia resignavit sub conditione, si non suspensiva, saltem resolutive, ut suum beneficium cum alterius beneficio commutetur, & conditione non impletâ non fuit voluntas abdicandi jus, adeoque beneficium ejus non videtur vacasse,

vacasse, ergo poterit propriâ authoritate illi infir-
mere: Limitant *Gemin. Tusch. Chok.*, si absque cul-
pa eorum impediatur effectus: volunt tamen *Abb.*
Rebuff. Staphil. Redoan. Az. Barb. Zoës. Ventrig.
Lott. Pirb. prærequiri, ut Superior declaret eum vel
eos posse authoritate propriâ redire ad beneficia.
Addunt *Lott. Prob. Leur.* p. 3. q. 294. n. 10., etiamsi
permutatione vacassent beneficia, si tamen absuit
culpa, & permutatio declaretur nulla, hoc ipso de-
clarari nullum jus esse abdicatum, adeoque posse
redire ad beneficia sine novo titulo.

§. II. Docent *Gonz. Garc. & Castrop.*, si dimi- 1111
seras tuum beneficium, & beneficium compermu-
tantis tibi fuerat collatum, ipse autem vel moriatur
vel fiat incapax, antequam tuum ei conferatur,
hoc tuum esse tertio conferendum tanquam va-
cans per resignationem tuam, quia permuta-
tio erat ex parte tua perfecta: Econtra si nec-
dum dimiseras tuum, quamvis alterius benefi-
cium sit tibi collatum, dicunt *Garc. Az. Castrop.*
Tond. Nicol. tr. 1. d. 9. §. 18. te posse hoc retinere si-
mul cum tuo, si sint compatiblea, (si enim sint in-
compatiblea, habes optionem retinendi, quod vo-
les, *Garc.*) quia jure accepisti possessionem alieni
beneficii, & necdum amisisti possessionem tui; quod
limitat *Ventrig.*, dummodo non intercesserit fraus,
ut si permutasses cum infirmo, secundum dicta
n. 1088.

§. III. Si compermutans, qui resignavit, moria- 1112
tur, antequam tu resignaris, & tibi facta sit collatio
beneficii, quod habuit defunctus, docet *Garc.* bene-
ficii defuncti non deberi tibi, sed providendum
tanquam vacans per resignationem. Si autem resi-
gnasti, & ex culpa vel defectu tuo fiat, ut permuta-
tio non habeat in te effectum, non poteris ad bene-

ficium tuum redire, sed erit conferendum alteri, quia impleta est conditio, sub qua resignasti, nempe ut alter tibi dimitteret suum beneficium, quod dimisit, tibi autem imputa, quod illud non acceperis, *Castrop.* Si carebas vero titulo beneficii, quod mecum permutasti, & ideo tertius evincat beneficium, quod à te accepit, teneris mihi meum beneficium restituere, quia non est impleta conditio, sub qua resignaram, quæ erat, ut in favorem mei dimitteres beneficium, quod cum effectu habere possem, *Castrop.* Et idem videtur esse, si reipsa non habueris beneficium, quia, v. g. acquisiveras per simoniam, quia cum error dederit causam huic permutationi, videtur esse irrita, secundum dicta de contractibus l. 3. p. 2. n. 612. Ita *Suar. Az. Garc. Less. Castrop. Leur. q. 737. contra Rebuff.*, qui putat valere, cui favet *Less.* in auct. v. *simonia* cas. 4., si inhabilitas per simoniam contracta fuerit sublata, quia beneficia in manus Episcopi sunt reposita, & ab eo dantur permutantibus, sed contradicit *Sanch.* in *Cons. l. 2. c. 1. d. 31. n. 11.*, quia cum Episcopus velit conferre causam permutationis, intendit hoc beneficium conferre loco dimissi, ergo ille, qui reipsa non habuit jus, adeoque nihil dimisit, ex intentione Episcopi nihil potest accipere, sed alter poterit reverti ad suum beneficium.

1113 §. IV. Si permutatio fuerit nulla propter Patronorum contemptum, de quo n. 1091. dictum est, poterunt illi in pœnam ingratitude presentare alios ad ista beneficia, *Lott. Chok.* Vide *Leur. q. 871.*

1114 §. V. Si permutans coram Papa moriatur intra 20. dies à præstito consensu, beneficium vacat per mortem & potest alteri conferri, *Rebuff. Paris. Gonz. Vames. Chok. Leur. q. 861.* Quod tenet etiam Communis de permutante apud Ordinarium, licet *Chok.* dicat oppositum defendi à multis. Vide dicta à n. 994. §. VI

¶ VI. Si permutatio sit peracta, licet non im-
 mutetur conditio adjecta, v. g. non solvatur pensio
 appromissa, non ideo repeti potest beneficium, quia
 penitentiæ locus non est, si completa sint illa, quæ
 intrinseca sunt, Boer. Chok. apud Leur. q. 872. Si-
 militer permutatio expedita per Ordinarium non
 potest per hunc rescindi, etiamsi postea advertatur
 inæqualitas fructuum aut læsio ultra dimidium,
 Abb. Anchar. Dec. Ventrig. Chok. Excipe, si de-
 cepta sit Ecclesia, Calder. Cagnol. Ventrig. Item si
 compermutans dolum fecerit, v. g. si dixerit mayo-
 rem esse valorem beneficii, Cap. Cum universorum,
 de rer. permut. Item si sic deceptus fuerit Minor,
 Chok. Leur. q. 874.

ARTICULUS VI.

1116

Quid & quotuplex sit pensio.

Resp. Pensio est jus percipiendi fructus ex alie-
 no Beneficio. Estque triplex, 1. Temporalis, quæ
 datur propter ministerium temporale v. g. Cantori,
 ædituo, patrono & defensori Ecclesiæ. 2. Spiritua-
 lis, quæ fundatur in titulo merè spiritua-
 li, ut quæ datur Concionatori, Coadjutori Episco-
 pi, Parocho, &c. 3. Media, quæ fundatur in statu
 spirituali, non tamen officio spirituali: ut quæ da-
 tur Clerico pauperi, vel Parocho seni ad sustenta-
 tionem, vel quæ datur causâ resignationis, & litis
 componendæ. Duæ posteriores dicuntur Clerica-
 les, quia Clericis; prima laicalis, quia laicis tan-
 tum datur.

Porro circa pensiones. Lay. l. 4. tr. 2. c. 18. & Less. l. 2. c. 35. d. 38. docet hæc, 1. Etsi eam designare
 proprium sit Papæ; id tamen etiam Episcopum
 posse